C ad cōdiscipulos. **E**amus t̄ nos t̄ moriamur cum eo. **V**enit itaq; iesus: t̄ inuenit eū quā tuor dies iam in monumēto habentē. **E**rat aut̄ bethania iuxta h̄ierosolymā quasi stadi s̄ q̄ndecim. **M**ulti aut̄ ex iudeis venerant ad marthā t̄ mariam vt consolarent eas de fratre suo. **M**artha ḡ vt audiuit q; iesus ve nit occurrit illi: maria aut̄ domi sedebat. **D**icit ergo martha ad iesum. **H**ñe si fuisses hic frat̄ meus nō fuisset mortu? **S**ed t̄ nūc scio q; q̄cunq; poposceris a deo dabit tibi deus. **D**icit illi iesus. **R**esurget frater tuus. **D**icit ei martha. **S**cio q; resurget in resurrectiōe i nouissimo die. **D**icitei iesus. **E**go sum resurrectio t̄ vita. **Q**ui credit in me etiā si mortu? fuerit viuet t̄ oīs q̄ viuit t̄ credit in me non moriet in eternū. **R**edis h̄: sit illi. **A**tiq; domine. **E**go credidi q; tu es xp̄s filī dei viui q̄ in bunc mundū venisti. **E**t cum hec dixiſſet abiit t̄ vocauit mariā sororē suam silentio dicēs. **M**gr̄ adest: t̄ vocat te. **I**lla vt audiuit surrexerit cito: t̄ venit ad eū. **N**ondū enim venerat iesus in castellū: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha. **J**udei ergo q̄ erant cū ea in domo t̄ solabant eā: cū vidissent mariā q; cito surrexit t̄ exiit: securi sunt eam dicētes. **Q**uia vadit ad monumētum vt plorat ibi. **M**aria ḡ cuz venisset vbi erat iesus vidēs eū: cecidit ad pedes ei⁹ t̄ dixit ei. **H**ñe si fuisses hic: nō esset mortu? fal me? **J**esus ḡ vt vidit eā plorantē t̄ iudeos q̄ venerant cū ea plorantes: infremuit spū: et turbauit seipm t̄ dixit. **U**bi posuistis eum. **D**icūt ei. **H**ñe veni t̄ vide. **E**t lachrymatus est iesus. **D**ixerit ḡ iudei. **E**cce quomō amabat eū. **Q**uidā aut̄ ex ip̄is dixerūt. **N**on poterat hic q̄ aperuit oculos ceci nati facere vt hic nō moreref. **J**esus ḡ rursum fremēs i se metiōp: venit ad monumentū. **E**rat autem spelūca: t̄ lapis suppositus erat ei. **D**it ih̄s. **L**ollite lapidez. **D**icit ei martha soror eius q̄ mortuus fuerat. **H**ñe iam fetet: q̄driduanus est eñ. **D**icit ei ih̄s. **N**ōne dixi tibi: qm̄ si credideris videb̄ gl̄am dei. **T**ulerunt ḡ lapidem. **J**esus aut̄ eleuati rursum ocl̄s dixit p̄ gr̄as ago tibi qm̄ audistime. **E**go aut̄ sciebam q; p̄ meaudis: sed ppter populuz q̄ circūstat dixi: vt credant q; tu me misisti. **H**ec cum dixisset voce maḡ clamauit. **L**azare veni foras. **E**t statim pdiit q̄ fuerat mortuus ligatus manus t̄ pedes instititis t̄ faciē illius sudario erat ligata. **D**ixit eis iesus Soluite eū: t̄ sinite abire. **M**uli ḡ ex iudeis q̄ venerant ad mariā t̄ martham t̄ viderant q̄ fecit iesus crediderunt in eū. **Q**uidam aut̄ ex ip̄is abierūt ad phariseos t̄ dixerunt eis.

q̄ fecit iesus. **C**ollegerūt ḡ pontifices t̄ pharisei cōciliū t̄ dicebāt. **Q**uid facim? **Q**uia h̄ichō multa signa facit. **S**i dimittim eū sic om̄es credent in eū. **E**t veniēt romani t̄ tolent n̄rm locum t̄ gente. **U**nus aut̄ ex ip̄is cayphas noīe cum esset p̄t̄ifex anni illi⁹ dixit eis. **G**los nescit q̄c̄q̄ nec cogitatis: quia expediat vobis vt vnuſ morias h̄o p̄ ip̄loret non tota gens peat. **H**oc aut̄ a semetiōp nō dixit sed cū esset pontifex anni illi⁹ p̄phetauit: q; iesus moriturus erat p̄ gente. **E**t non tm̄ p̄ gente: sed vt filios dei q̄ erant dispersi congregaret in vnum. **A**b illo ḡ die cogitatur ut interficerēt eū. **J**esus ḡ iam nō i p̄lam ambulabat aupud iudeos sed abiit in re gionē iuxta desertū in ciuitatē q̄ dicit esrem t̄ ibi morabāt eū discipulis suis. **P**roximū aut̄ erat pasca iudeoz t̄ ascenderūt mlti h̄ierosolymā de regione aī pasca vt sanctifica rent seipos. **Q**uerebāt ḡ iesum t̄ colloq̄bantur iad in iuicē in templo stantes. **Q**uid putatis: q; nō venit ad diē festum istum? **D**ederant aut̄ pontifices t̄ pharisei mādarum: vt si quis cognoverit vbi sit indicet: vt appre bendant eum.

XII A

T̄ iesus ḡ aī sex dies pasce venit be thaniā vbi lazarus fuerat mortuus quē suscitauit iesus. **F**ecerunt autē ei cēnā ibi: t̄ martha inistrabat: lazarus vnuſ erat ex discubētib⁹ cū eo. **M**aria ḡ accepit libram vnguēti nardi pistici p̄ciosi. **V**nxit pedes iesu: t̄ extersit pedes eius capillis suis: t̄ doin⁹ ipleta ē ex odore vnguēti. **D**ixit ḡ vñ ex discipulis ei⁹ iudas scario this q̄ erat eum traditurus. **Q**uare hoc vnguentum non veniūt trecentis denariis t̄ datum est egenis. **D**ixit aut̄ h̄ nō q; de egenis p̄tinebat ad eū: sed q; fur erat t̄ loculos ha bens ea q̄ mittebāt portabat. **D**ixit ḡ iesus. **S**inice illam: vt in diem sepulture mee fuet illud. **P**aupes eñ sp̄ habebitis vobiscū me aut̄ non sp̄ habebitis. **C**ognouit ergo turba multa ex iudeis q; illic est: t̄ venerūt non ppter iesum t̄m sed vtlazarū viderēt quē scitauit a mortuis. **L**ogitauerūt autē p̄incipes sacerdotū vt t̄ lazaruſ interficerēt: q̄ multi ppter illum abibant ex iudeis t̄ crede bant in iesum. **I**n crastinū aut̄ turba multa q̄ venerat ad diem festum cū audissent q; ve nit iesus h̄ierosolymā acceperūt ramos palmarum t̄ p̄cesserunt obuiā ei et clamabant. **O**sanna b̄ndictus qui venit in noīe dñi rex israel. **E**t inuenit iesus asellū t̄ sedet sup eū sicut scriptū est. **M**oli timere filia syon: ecce rex tuus venit sedens sup pullum assine. **H**ec non cognoverūt discipuli eius p̄mū: sed q̄n

Mat. 26. 1.
Mar. 14. 5.
Mat. 16. b.
Mar. 14. a.
Luc. 22. a.
Mat. 21. 2.
Mar. 11. 2.
Luc. 19. 5.
Mat. 21. 5.
Mar. 11. b.
Luc. 19. 5.
Mat. 21. 5.
Zach. 9.
Ezra. 16.

Johannes

glorificatus est iesus: tunc recordati sunt: qz
hec erant scripta de eo: et hec fecerunt ei. **T**e
testimonium ḡ phibebat turba q̄ erat cū eo qn̄
lazarum vocauit de monumēto: et suscitauit
eum a mortuis. Propterea et obuiā venit ei
turba: qz audierūt eum fecisse hoc signum.
Pharisei ḡ dixerūt ad scemetiōes. **A**uditis
qz nihil p̄ficiūt? Ecce mūdus tor⁹ post eū
abīst. Erant autē qdam ḡtiles ex his q̄ ascē-
derant ut adorarent in die festo. **I**lli ḡ acces-
serūt ad philipū q̄ erat a bethsaida galilee:
et rogabāt eū dicētes. **D**ñe volumus iesum
videre. Venit philipus et dicit andree. **A**n-
dreas rursum et philipus dixerūt iesi. **I**esus autē respođit eis dicēs. **V**enit hora ut cla-
rificetur filius homis. **A**mē amen dico vob
nisi granum frumenti cadens in frā mortuū
fuerit ipm̄ solū manet. **S**i autē mortuū fuerit
multū fructū affert. **Q**ui amat aīam suā per-
det eam. **E**t q̄odit aīam suā in h̄ mūdo in
vitā etiā custodit eā. **S**i q̄s mihi ministrat
me seq̄. **E**t vbi ego sum: illuc et mister meus
erit. **S**i q̄s mihi ministraverit honorificabit
eū p̄ meus. **N**unc aīa mea turbata est. **E**t
qd̄ dicam: Pater saluifica me ex hac hora.
Sed pp̄terea veni in horā hanc. **P**ropter clarifi-
cationem tuū. **V**enit ḡ vox de celo dicēs.
Et clarificauit: et itez̄ clarificabo. **T**urba er-
go q̄ stabant et audierat: dicebat tonitruū esse
factum. **A**lij autē dicebant. Angelus ei locu-
tus est. **R**espođit ihs et dixit. Non pp̄t me
hec vox venit sed pp̄ter vos. **N**unc iudiciū
est mūdi. **N**unc p̄nceps huius mundi eūcie-
tur foras. **S** et ego si exaltar⁹ fero a fra: oia
traham ad meipm̄. **H**oc autē dicebat si nifi-
cans q̄ morte esset moriturus. **R**ūdit ei tur-
ba. **N**os audiūm̄ ex lege: qz xp̄s manet in
eternū. **E**t quō tu dicis: oportet exaltari
filiū hoīs. **E**t q̄s est iste filius hoīs? **D**ixit ḡ
eis iesus. Adhuc modicū lumen in vobis ē.
Ambulate dū lucem habetis: vt nō voste-
nebre cōphendāt. **E**t q̄ ambulat in tenebris
nescit quo vadat. **B**uz̄ lucē habetis credite
in lucē: vt filiū lucis sitis. **H**ec locut⁹ est ihs
et abīt et abscondit se ab eis. **C**ū autē tanta si-
gna fecisset coram eis: nō credebant in eum.
vt h̄mo esiae impleref quem dixit. **D**ñe q̄s
credidit auditui nostro: et brachiuū dñi cui re-
uelatum est. Propterea nō poterāt credere
qz iterū dixit esaias. **E**xcecauit ocl̄os eorū
et induravit cor eorū vt nō videant oculis et
nō intelligāt corde et puertant̄ et sanem eos.
Hec dixit esaias qn̄ vidit gl̄am eius: et locu-
tus est deo. **V**erūtamē et ex p̄ncipibus mul-
ti crediderūt in eū: sed pp̄ter phariseos non
confitebant: vt de synagoga non eūcerētur.

Dilexerūt em̄ gl̄am hoīm magis q̄ gloriam
dei. Jesus autē clamauit et dixit. Qui credit
in me nō credit in me: sed in cū qui misit me.
Et q̄ videt me: videt eū q̄ misit me. Ego lux
in mundū veni: vt om̄is q̄ credit in me: in te
nebris non maneat. **E**t si q̄s audierit verba
mea et nō custodierit: ego n̄ iudico eū: n̄ veni
em̄ vt iudicē mundū: sed vt saluiscē mūdū.
Qui spernit me et non accipit v̄ba mea h̄z q̄
iudicet eum. **S**ermo quē locutus suz: ille iu-
dicabit eum in nouissimo die. **Q**uia ego ex
meip̄ nō sum locutus: sed q̄ misit me pater
sp̄e mihi mandatum dedit qd̄ dicam et quid
loquar. **E**go scio qz mandatū cius vita eter-
na est. **Q**ue ergo ego loquor sicut dixit mihi
pater sicloquo. **XIII**

G

Hate diem festū pasce sciens iesus qz
venit hora eius ut transcat lex h̄ mū-
do ad patrē: cū dilexisz̄ suos q̄ erāt
in mundo: in finem dilexit eos. **E**t cena fa-
cta cū diabolus iam misisset in cor: vt trade-
ret eum iudas simonis scariothis. **S**cies qz
om̄ia dedit ei p̄ in manus: et qra deo exiuit
et ad deum vadit: surgit a cena et ponit vesti-
menta sua: et cum accepisset lnt̄beū p̄cinctus
se. **D**einde misit aquam in peluim et cepit la-
uare pedes discipuloz: et extergere lnt̄beo
quo erat p̄cinctus. **V**enit ḡ ad simonē p̄e-
trum. **E**t dicit ei petrus. **D**ñe tu mibi lauas
pedes. **R**ūdit iesus et dixit ei. Qd̄ ego fa-
cio tu nescis modo: scies autē postea. **D**icit ei
petrus. Non lauabis mibi pedes in eternū.
Rūdit ei ihs. **S**i nō lauero tenō habeb par-
tem meū. **D**icit ei simon petrus. **D**hienō tā-
tum pedes meos: sed et man⁹ et caput. **D**icit
ei iesus. **Q**ui lauus est nō indiget nisi vt pe-
des lauet: sed est mūdus totus. **E**t vos mū-
dies: sed nō om̄es. **S**ciebat em̄ q̄s nā eſz̄
q̄ traderet eū. **P**ropterea dixit nō estis mū-
di om̄es. **P**ostq̄ gl̄auit pedes eoz̄ accepit
vestimenta sua et cū recubuisset itez̄ dixit eis
Scitis qd̄ fecerim vob⁹. **V**os vocali me ma-
gister et dñe et bñ dicitis. **S**um etem̄. **S**ic-
go ego laui pedes v̄ros dñs et mḡ et vos. **B**al. 6. a.
deberis alter alterius lauare pedes. **E**xem-
plū em̄ dedi vobis: vt quēadmodū ego feci
vobis: ita et vos faciatis. **A**men amen dico
vob⁹: nō est h̄uus maior dñs suo: neq; apl̄s
maiorē eo q̄ misit illū. **S**i hec scitis beatieri
tis si feceritis ea. **N**on de om̄ibus vob⁹ dico
Ego scio quos elegerim. **S**ed vt ad implea-
tur scriptura. **Q**ui manducat m̄cum panē p̄s. 40.
leuabit p̄tra me calcaneū suū. **A**modo dico
vob⁹ p̄usq̄ fiat vt cum factuz̄ fuerit credatis
qz ego sum. **A**men amē dico vob⁹ q̄ accipit
si quicun̄ misero: me accipit. **Q**ui autē meacci
L

A

Luce. 22. 2.
Mat. 11. 5.
Lue. 10. f.
5. 6. c.

B

C

Mat. 10. c.
Luce. 6. f.
3. 15. f.

D

Mat. 10. g.
Luce. 10. e.

Y 3

Johannes

p̄t: accipit eum q̄ inemisit. Cum hec dixisset
 īsus turbatus est spū: t̄ prestatus est et di-
 xit. ¶ Amen amen dico vobis: q̄ yn' ex vo-
 bis tradet me. Aspiciebant ḡ adinuitem dī:
 scipulis: hesitantes de quo diceret. ¶ Erat er/
 go recumbens ynus ex discipulis eius in si/
 nu īsu: quæz diligebat īsus. Innuit ḡ huic
 simon petrus t̄ dixit ei. Quis est de quo dīc?
 Itaq̄ cum recubuisse ille supra pectus īsu
 dicit ei. Domine q̄s est? Respondit īesus.
 Ille est cui ego intinctum panem porrexero.
 Et cum intinxisset panem: dedit iude simo-
 nis scariothis. Et post buccellam introiuit
 in eum satanas. Et dicit ei īesus. Quod fa-
 cis fac citius. Hoc aut̄ nemo sciuit discuben-
 tum ad quid dixerit ei. Quidam em̄ puta-
 bant q̄ loculos habebat iudas q̄ dixisset ei
 īsus: em̄ ea que opus sunt nobis ad diem
 festum: aut egenis ut aliquid daret. Cum ḡ
 accepisset ille buccella: exiuit p̄tinuo. Erat
 autem nox. Cum ḡ exiisse: dixit īesus. Nūc
 clarificatus est filius hois: t̄ deus clarifica-
 tus est in eo. Si deus clarificatus est in eo t̄
 deus clarificabit eum in semetip̄o t̄ p̄tinuo
 clarificabit eum. Filioli: adhuc modicū vo-
 biscum sum. ¶ Queritis me: t̄ sicut dixi iude-
 is: quo ego vado vos nō potestēt̄ venire. Et
 vob̄ dico modo. ¶ Mandatum nouū do vo-
 bis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos vt
 t̄ vos diligatis inuicem. In hoc cognoscēt̄
 om̄es: quia discipuli mei estis: si dilectionē
 habueritis ad inuicem. Dicite si mō petrus.
 Domine quo vadis. Respondit īesus. Quo
 ego vado nō potes me mō sequi: seqr̄s aut̄
 postea. Dicit ei petrus. Quare non possum
 te seq̄ mō. Aiam meā p̄ te ponā. Respondit
 ei īesus. Aiam tuā p̄ me pones. ¶ Amē amē
 dico tibi: nō catabit gall' dōec ter me neges.
A Turbez cor vestrū. Creditis in deum
 t̄ in me credite. In domo p̄ris mei
 mansiones mlt̄ e sunt. Si quo min' dixisse
 vobis q̄ vado parare vobis locū. Et si ab-
 iero t̄ p̄parauero vobis locū: iterū venio et
 accipiā vos ad meip̄m vt ybi sum ego t̄ vos
 sitis. Et quo ego vado scitis t̄ viā scitis. Dic
 ei thomas. Domine nescimus quo vadis. Et q̄
 modo possumus viā scire? Dic ei ihs. Ego
 sum via t̄ veritas t̄ vita. Nemo venit ad pa-
 trem nisi p̄ me. Si cognouissetis me t̄ patrē
 meū v̄tq̄ coognissetis. Et amodo coḡscetis
 cum: t̄ vidistis eū. Dicit ei philipus. Domine
 ostende nobis patrem: t̄ sufficit nob. Dic ei
 īesus. ¶ Tanto tempore vobiscū sum: t̄ non co-
 gnouissetis me: ¶ Philipe: q̄ videt me; yider

Mat. 26. b
 Mar. 14. b
 Luc. 22. c.
 J. 15. f.

v. 7. e.
B
 1. Cor. 4. d.
 Eph. 5. a.
 Phil. 3. c.
 1. Thes. 4. b.

Mat. 26. c.
 Mar. 14. d.
 Luc. 22. c.

Ezale. 45.

t̄ patrem. Quomō tu dicis ostende nob̄ pa-
 trem. Non credis q̄ ego in patre: t̄ pater in
 me est. Verba que ego loquor vob̄: amē p̄so
 nō loquor. P̄p̄ter aut̄ in me manēs ip̄e facit
 opa. Nō creditis q̄ ego in patre t̄ pater in
 me est. ¶ Alioquin p̄pter opera ip̄a credite.
 Amen amen dico vobis: q̄ credit in me: opa
 q̄ ego facio t̄ ip̄e faciet: t̄ maiora h̄oꝝ faciet
 q̄ ego ad patrem vado. Et q̄d cunq̄ petie-
 ritis patrem in noſe meo hoc faciam vt glo-
 rificet pater in filio. ¶ Si q̄d petieritis in no-
 mie meo hoc faciam. Si diligitis memāda-
 ta mea fuate. Et ego rogaro patrē t̄ alium
 paraclytū dabit vobis vt maneat vobiscū
 in eternū spūm veritatis quem mundus nō
 potest accipe: q̄ n̄ videt eū: nec scit eū. Vos
 aut̄ cognoscetis eū: q̄ apud vos manebit: t̄
 in vobis erit. Non relinquā vos orphanos
 veniam ad vos. Adhuc modicū t̄ mundus
 me iam non videt. Vos aut̄ videtis me: q̄a
 ego viuo t̄ vos viuetis. In illo die vos co-
 scetis quia ego sum in patre meo: t̄ vos īme
 t̄ ego in vob̄. Qui habet mādata mea t̄ ser-
 uat ea: ille est qui diligit me. ¶ Qui autē dili-
 git me: diliget a patre meo. Et ego diligā cū
 t̄ manifestabo ei meip̄m. Dicit ei iudas: nō
 ille scariothis. Domine q̄d factum est q̄ ma-
 nifestaturus es nob̄ teip̄m t̄ nō mūdo. Re-
 spondit īesus t̄ dixit ei. Si q̄s diliget me ser-
 monem meū seruabit: t̄ pat̄ mē diliget eum
 t̄ ad eum veniemus t̄ mansiōne apud eū fa-
 ciemus. Qui nō diliget me fūmōes meos nō
 fūat. Et fūmonem quē audistis nō est meus
 sed eūs q̄ misit me p̄ris. Nec locū sum vob̄
 apud vos manēs. Paraclytū āi spūllan-
 ctus quem mittet p̄ in nomie meo: ille vos
 docebit om̄ia: t̄ suggesteret vob̄ oia quecunq̄
 dixerō vobis. Pacem relinquō vobis: pa-
 cem meā do vobis. Non quō mundus dat
 ego do vob̄. Nō turbez cor vestrū: neq̄ for-
 midet. Audistis q̄ ego dixi vob̄: vado t̄ re-
 nio ad vos. Si diligereſt̄ me gauderetis vti-
 q̄: q̄ vado ad patrē: q̄ p̄ maior me est. Et
 nunc dixi vob̄ p̄usq̄ fiat: vt cū factū fūit cre-
 dat. Jam nō multa loquar vobiscū. Veit
 em̄ p̄nceps mūdi huius: t̄ in me nō h̄z q̄cōz
 Sed vt cognoscat mūdus q̄d disligo patrem
 t̄ sicut mādatū dedit mihi p̄f̄ sic facio. Sur-
 gite: eamus hinc.

J. 5. f.

J. 16. d.

D

J. 15. b.

J. 16. f.

E

Mat. 10. g.

et. 18. a.

et. 25. f.

Luc. 10. e.

F

G

H

Bosum vritis vera: t̄ p̄ mē agrico
 la est. Om̄nem palmitē in menor se-
 rentem fructū tollet eum: t̄ om̄neq̄ q̄
 fert fructum purgabit eūz vt fructum plus
 afferat. Jam vos mūdi estis propt̄ sermo-
 nem quem locutus sum vobis. ¶ Hanete in

Johannes

B me et ego in vobis. **Sicut palmes** non potest ferre fructum a semetipso nisi manerit in vite sic nec vos nisi in me maneritis. **Ego sum vitis** vos palmites. Qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum: quia sine meni nihil potest facere. **Si quis** in me non manerit mitte foras sicut palmes et arcesset: et colligent eum et in ignem mittent et ardet. **Si maneritis** in me et verba mea in vobis manerint: quodcumque volueritis petet: et fieri vobis. **In hoc clarificatur** est pater meus: ut fructum plurimum afferatis et efficiamini mei discipuli. **Sicut dilexit** me pater: et ego dilexi vos. **Manete** in dilectione mea. **Si precepta** mea suaueritis: manebitis in dilectione mea sicut et ego patris mei precepta seruauit: et maneo in eius dilectione. **Hec locutus** sum vobis ut gaudium meum in vobis sit: et gaudiu[m] vestru[m] in i[us]tice. **Hoc est preceptum** meum ut diligatis in i[us]tice dilexi vobis. **Maior est** hac dilectione nemo habet: quia v[er]o aliam suam ponat quia pro amicis suis. **Vos amici** mei estis: si feceritis que ego principio vobis. **Iam non dicam** vobis seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus ei. **Vos autem dixi** amicos: quia oia quicunque audiunt a patre meo nota feci vobis. **Non vos** me elegistis: sed ego elegi vos: et posui vos ut eatis et fructum afferatis: et fructus vester maneat: ut quodcumque petirritis patrem in nomine meo det vobis. **Hec mandabo** vobis ut diligatis in i[us]tice. **Si mundus** vobis odit scitote quod me horem vobis odio habuit. **Si de mundo** fuissetis: mundus quod sum erat diligenter. **Quia vero de mundo** non estis: sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. **Demetote** sermonis mei quem ego dixi vobis. **Non est** seruus maior domino suo. **Si me** persecuti sunt et vos persequentur. **Si** sermonem meum seruauerunt: et vestrum seruabunt. **Sed** hec omnia faciet vobis propter nomine meum quia nesciunt eum qui misit me. **Si non** venissem et locutus fuisset eis: peccatum non haberent. **Nunc autem** excusationem non habent de peccato suo. **Qui** me odit et patrem meum odit. **Si opera** non fecissem in eis que nemo aliis fecit peccatum non haberent. **Nunc** autem et viderunt et oderunt et me et patrem meum. **Sed** ut ad impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. **Cum autem** venerit paraclytus quem ego missem vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. **Et** vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis.

L **Cor. 4.4.** **Eph. 5.8.** **Phil. 3.9.** **1. Thes. 4.4.** **1. Job. 3.1.** **Mat. 20.5.** **Mar. 10.5.**

D **1. Job. 3.1.** **Mat. 20.5.** **Mar. 10.5.**

E **1. Job. 3.1.** **Mat. 20.5.** **1. Cor. 4.4.**

F **Mat. 10.6.** **Luc. 6.5.** **Mat. 24.12.** **Mar. 13.12.** **Luc. 21.12.**

G **1. Cor. 4.4.**

XVI

H **Elocutus** sum vobis ut non scandalizemini. **Absque** synagogis facient vos. **Sed** venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequiu[m] se prestare deo. **Et** hec facient vobis quia non nouerunt patrem neque me. **Sed** hec locutus sum vobis ut cum venerit hora eorum: reminiscamini: quia ego dixi vobis. **Hec autem** vobis ab initio non dixi: quia vobis cum eram. **Et** nunc vado ad eum qui misit me: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis? **Sed** quia hec locutus sum vobis: tristitia implebit cor vestrum. **Sed** ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam. **Si** enim non abiiero paraclytus non veniet ad vos. **Si** autem abiiero missem eum ad vos. **Et** cum venerit ille arguet mundum de peccato: et de iusticia et de iudicio. **De** peccato quidem: quod non crediderunt in me. **De** iusticia vero quia ad patrem vado: et iam non videbitis me. **De** iudicio autem: quia princeps mundi huius iam indicatus est. **Adhuc** multa habeo vobis dicere: sed uon potestis portare modo. **Cum** autem venerit ille spiritus veritatis: docebit vobis omnem veritatem. **Non** enim loqueretur a semetipso: sed quicunque audierit loquetur et quod ventura sunt anunciat vobis. **Ille** me clarificabit: quia de meo accipiet: et annunciat vobis. **Omnia** quecumque habet pater mea sunt. **Propterea** dixi: quod de meo accipiet: et annunciat vobis. **Modicum** etiam non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrem. **Dixerunt** ergo discipulis eius ad inuicem. **Quid** est hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrem. **Dicebat** ergo. **Quid** est hoc quod dicit modicum? **Nescimus** quod loquitur Logno, ut autem iesus quod volebant eum interrogare: et dixit eis. **De** hoc queritis inter vos: quod dixi modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me. **Amen amen** dico vobis: quia plorabitis et fletib[us] vobis: mundus autem gaudet. **Vos autem** contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudiu[m]. **Adulteri** cum parit tristiciam habet: quia venit hora eius. **Qui autem** peperit puerum: iam non meminit post partem gaudent: quod natus est homo in mundu[m]. **Et** vos igitur nunc quidem tristiciam habetis. **Iterum autem** videbo vos: et gaudebit cor vestrum et gaudiu[m] vestrum nemo tollera vobis. **Et** in illo die meum interrogabit quodcumque. **Amem** amem dico vobis: si quod petieris prem in nomine meo dabit vobis. **Alsique** modo non petistis quodcumque in nomine meo. **Petite** et accipietis. **Et** gaudiu[m] vestrum sit plenus. **Hec** dico vobis. **Y** 4

L

D

E

Viere. II. 5.
Iaco. 4. c.

F

Mat. 12. b.
Mar. 11. c.
§. 14. d.

§. 1. b.

Johannes

Sin puerbūs locut⁹ sū vobis. Venit hora cū
sā nō in puerbūs loquar vob⁹: s palā de pa/
tre meo annunciaro vobis. In illo die in no/
minemeo petetis. Et non dico vobis: quia
ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater
amat vos: qz vos me amastis et credidistis
qz a deo exiui. Exiui a patre et veni in mun/
dum: iterū reliquo mundū: et vado ad pa/
trem. Bicū ei discipuli eius. Ecce nūc pa/
lam loqueris: et puerbiū nullū dicis. Nunc
sumus qz scis omnia et nō opus est tibi viqz
te interroget. In hoc credimus qz a deo exi/
sti. Nndit eis ih̄s. Nō creditis qz Ecce ve/
nit hora: et iam venit vt disp̄gam vnuſquis
qz in ppria et me solū reliqz: et nō sum so/
lus: qz p̄ me cū est. Hec locut⁹ sum vob⁹: vt
i me pacē habeatis. In mūdo p̄ſſuraz habe/
bitis: sed p̄ fidite: ego vici mundū. XVII

Mat. 6.c.
Mar. 14.c.
Zach. 13.

B **H**ec locutus est iesus et sublevati oculi
lis in celum dixit Pater venit hora
clarifica filiū tuū vt filius tuus clar/
fice te. Sicut dedisti ei potestē omnis car/
nis: vt omne quod dedisti ei det eis vitā eter/
nam. Hec est aut̄ vita eterna vt cogscāt te so/
lum dēū verū: et quē misisti iesum christum
Ego te clarificauī sup terrā: opus p̄summa/
ui quod dedisti mihi vt faciā. Et nūc clari/
fica metu pater apud icemēp̄m claritate quā
habui p̄sq̄ mundū fieret apud te. Hani/
festauī nomē tuū homib⁹ quos dedisti mi/
hi de mūdo. Tu ē āt: et mihi eos dedisti: et
p̄monē meū fuauerūt. Nunc cognoverunt
qz oia q̄ dedisti mihi abs te unt Quia vba
q̄ dedisti mihi dedi eis: et ip̄i acceperūt et co/
gnoverūt v̄ re qz a te exiui: et crediderunt qz
tu me misisti. Ego p̄ eis rogo. Nō p̄ mūdo
rogo: sed pro his qz dedisti mihi: qz tu siūt.
Et mea omnia tua sunt: et tua mea sunt et cla/
rificat⁹ sum in eis. Etiam nō sum in mundo
et hi in mūdo sunt et ego ad te venio. Pater
sancte sua eos in noīc tuo quos dedisti mi/
hi: vt sint vnuſ: sicut et nos. Tu essem cū eis
ego fuabam eos in noīc t. 10. Quos dedisti
mihi ego custodiui: et nemo ex eis perit nisi
filius p̄ditiois vt scriptura impleaf̄. Nunc
aut̄ ad te venio: et hec loquo in mūdo vt ha/
beat gaudiuſ meū impletū in semetip̄is. Ego
dedi eis p̄monē tuū: et mūdus eos odio ha/
buit: qz nō sunt de mūdo sicut et ego nō sum
de mūdo. Nō rogo vt tollas eos d̄r̄ mundo
sed vt fues eos a malo. De mundo nō sunt
sicut et ego nō sum de mūdo. Sacrifica eos i
veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu
me misisti in mundū: ita et ego misi eos i mū/
dum. Et p̄ eis ego sacrifico meip̄m: vt sint
qz p̄i sacrificati in veritate. Nō p̄ eis aut̄

go tñ: sed et p̄ eis q̄ credituri sunt p̄ verbū
eorū in me: vt omnes vnuſ sint: sicut tu pater i
me et ego i te: et vt ip̄i in nob̄ vnuſ sint: vt cre/
dat mūdus qz tu memisiſti. Et ego claritatē
quā tu dedisti mihi: dedi eis vt sint vnuſ:
sicut et nos vnuſ sumus. Ego in eis et tu i me
vt sint cōſummati in vnuſ: et cogscat mūdus
qz tu memisiſti: et dilexisti eos sic et medile/
xisti. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi
ego sum: et illi sint meccū: vt videant clarita/
tem meā quā dedisti mihi: qz dilexisti meā
p̄stitutōe z mūdi. Pr̄ iuste mōs tēn coguit
Ego aut̄ te cognoui et hi coguerūt: qz tu me
misisti. Et notū feci eis nomē tuū et notū fa/
ciā: vt dilectio qua dilexisti me in ip̄is sit:
et ego in ip̄is.

Mat. 11.5.
Luc. 10.5.

XVIII

H Ec cū dixisset iesus egressus est cū
discipulis suis trans torrētē cedrō
vbi erat hortus: in quē introiuit ip/
se et discipuli eius. Sciebat aut̄ et iudas qui
tradebat cum locū: qz frequenter iesus con/
uenerat illuc cū discipulis suis. Judas g Mat. 26.c.
cum accepisset cohortem et a pontificibus et Mar. 14.c.
a phariseis ministros: venit illuc cum later/
nis et facibus et armis. Jesus itaq̄ scieſ oia
que ventura erant sup eum processit et dixit
eis. Quem queritis? Respondeat̄ ei. Iesum
nazarenū. Bicū eis iesus. Ego sum. Sta/
bat aut̄ et iudas qui tradebat eum cum ip̄is.
Atergo dixit eis ego sum: abierat retro: sus
et ceciderunt in terrā. Iterū ergo interroga/
uit eis. Quem q̄ritis? Illi aut̄ dixerunt Je/
sus nazarenū. Respondit iesus. Dixi vob
quia ego sum. Si ergo me queritſ finite hos
abire. Ut implereſ sermo quem dixit: quia
quos dedisti mihi non peridiſ ex eis quēq̄
Simon ergo petrus habens gladium edu Mar. 16.c.
xit eum: et p̄cuſſit pontificis seruum: et abſci Mar. 14.c.
dit auriculam eius dexterā. Erat aut̄ nomē
seruo malchus. Dicit g iesus petro. Nō tie
gladium tuum in vaginā. Calicē quem de/
dit mihi pater non vis vt bibam illum. Co Mat. 16.f.
hors autem et tribinus et ministri iudeorū Mar. 14.f.
comphenderūt iesum et ligauerūt eum et ad/
duxerunt eum ad annam p̄mum. Erat enim
sacer Layphe qui erat pontifex anni illius.
Erat autem cayphas qui consiliuz dederat
iudeis. quia expedit vnuſ homiem mori p
populo. Sequebatur autem iesus Simon Mar. 16.f.
petrus: et alius discipulus. Discipulus aut̄ Mar. 14.f.
ille erat notus pontifici. et introiuit cum Je/
su in atrium pontificis. Petrus aut̄ stabat
ad ostiū foris. Exiuit ergo discipulus alius
q̄ erat not⁹ pontifici: et dixit ostiarie: et introdu/
xit petruſ. Dicit g petro acilla ostiaria. Vnuſ Mar. 14.9
qd et tu ex discipul⁹ es hois isti? Dicille Nō Luc. 12.5.

C

D

E

F

Johannes

B sum. Stabant autem servi et ministri ad pri
nas: quod frigus erat: et calefiebant se. Erat
autem cum eis et petrus stans et calefaciens se.
Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis
suis et de doctrina eius. Redit ei iesus. Ego
palam locutus sum modo. Ego sum docui in
synagoga et in templo quo oes iudei conue-
niuntur: et in occulto locutus sum nihil. Quid me
interrogas? Interroga eos quod audierint quid
locutus sum ipsis: ecce hi sciunt que dixerim
ego. Hec autem cum dixisset: vnde assistes mini-
strorum dedit alapam iesu dices. Sic respon-
des pontifici? Redit ei iesus. Si male locu-
tus sum testimonium prohibe de malo: si autem b
quid me cedis? Et misericordia annas ligatum
ad caypham pontificem. Erat autem simo petr
stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Tu
quid et tu ex discipulis ciuius es? Negauit ille et
dixit. Non sum. Dicit ei vnuis ex suis ponti-
ficiis cognatus eius cui abscondit petrus auris-
eulam. Nonne ego te vidi in horto cum illo?
Iterum ergo negauit petrus: et statim gallus
cantauit. Adducunt ergo iesum a caypha in pri-
torium. Erat autem mane et ipsi non introierunt in
priorium ut non contaminarentur: sed ut manu-
carent pasca. Exiuit ergo pilatus ad eos foras
et dixit. Quia accusatione assertis aduersus
hominem hunc. Rederunt et dixerunt ei. Si non
esset hic malefactor: non tibi tradidissem eum.
Dirit ergo pilatus. Accipite eum vos: et sum
legem vestram iudicare eum. Dixerunt ergo iudei
dei. Nobis non licet interficere quemque. Ut ser-
mo iesu impleref quem dixit significans qua
morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum
in priorium pilatus et vocauit iesum et dixit ei.
L Tu es rex iudeorū? Respondit iesus. A te
tempore hoc dicas an aliū dixerunt tibi de me?
Respondit pilatus. Numquid ego iudeus sum?
Sens tua et pontifices tui tradiderunt te mihi?
Quid fecisti? Respondebat iesus. Regnum meum
non est de hoc mundo. Si ex hoc modo esset
regnum meum: ministri mei viros decertaret ut
non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum
non est hinc. Dicit itaque ei pilatus. Ergo rex
es tu? Respondebat iesus. Tu dicas quod rex sum
ego. Ego in hoc natus sum: et ad hoc venti in
mundum ut testimonium phibeam veritati.
Omnis qui est ex veritate: audit vocem meam.
Dicit ei pilatus. Quid est veritas? Et cum
hoc dixisset iterum exiuit ad iudeos: et dicebat
eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem
proletudo vobis ut unum dimittam vobis in
pasca. Vultis ergo dimittam vobis regem
iudeorū? Clamauerunt rursum oes dicentes.
Non hunc sed barrabam. Erat autem bar-
rabas latro. XIX

Tunc ergo apprehendit pilatus i.e./
sum et flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt
capiti eius: et ueste purpurea circuiderunt
eum. et veniebat ad eum et dicebant. Tu es
iudeorū. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum luc. 23. a.
pilatus foras: et dicit eis. Ecce adduco vob
eum foras ut cognoscatis quia nullam inue-
nio in eo causam. Exiuit ergo iesus portas
spineam coronam: et purpureum uestimentum:
et dicit eis. Ecce homo. Tunc ergo vidissent
eum pontifices et ministri clamabat dicentes
Crucifige crucifige eum. Dicit eis pilatus
Accipite eum vos et crucifigite. Ego enim
non inuenio in eo causam. Responderunt ei
iudei. Nos legem habemus et sumus legez de-
bet mori quia filium dei se fecit. Tunc ergo
audisset pilatus hunc sermonem magis timu-
it. Et ingressus est priorum iterum: et dicit ad
iesum. Unde es tu? Iesus autem respolsum
non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Nichil
non loqueris? Nescis quia potestatem habeo
crucifigerete: et potestatem habeo dimittere
te? Respondit iesus. Non haberet potesta-
tem aduersum me ullam nisi tibi datuz esset
desuper. Propterea qui tradit tibi maius
peccatum habet. Et exinde querebat pilatus
dimittere eum. Iudei autem clamabat d.
centes. Si hunc dimittis non es amic cesar
Omnis enim qui se regem facit contradicit
cesari. Pilatus autem cum audisset hos homi-
nes: adduxit foras iesum: et sedit pro tribu
inali in loco qui dicit lichostatos: hebraice
autem gabatha. Erat autem parascene pasce
hora quasi sexta: et dicit iudeis. Ecce rex ve-
ster. Illi nuntiavant. Colle: tolle: crucifi-
ge eum. Dicit eis pilatus. Regem vestrum
crucifigam. Respondebat pontifices. Non
habemus regem nisi cesarem. Tunc ergo tradi-
dit eis illi ut crucifigeret. Suscepserunt ergo
iesum et eduxerunt eum. Et baiulatas sibi
crucem exiuit in eum qui dicit calvarie locum
hebraice autem golgatha. Abi cruciferunt
eum: et cum eo alios duoshinc et hinc: mediū
autem iesum. Scripsit autem et titulum pilatus:
et posuit sup crucem. Erat autem scriptum
Iesus nazarenus rex iudeorū. Hunc ergo ti-
tulum multi iudeorū legerunt: quia ppe ci-
uitatem erat locus ubi crucifixus est Jesus
Eterat scriptum hebreice grece et latine. Di-
cebant ergo pilato pontifices iudeorū. Noli
scribere rex iudeorū: sed quia ipse dixit: rex
sum iudeorū. Respondebat pilatus. Quod scri-
psi scripsi. Sicut ergo cum crucifixissent Mat. 27. b.
cum: acceperunt uestimenta eius: et fecerunt Mar. 15. d.
quatuor partes ynicius militi perte: et tu / Luc. 23. e.

Johannes

E
p. 21.

Mat. 27. f.
Mat. 15. f.

F
Mat. 27. f.
Mar. 15. f.
Luc. 23. f.

Ero. 12.
Numeri. 9.

G
Zach. 12.
Mar. 17. g.
Mar. 15. g.
Luc. 23. g.

Mat. 27. g.
Mar. 15. g.
Luc. 23. g.

A
Mat. 28. a.
Mar. 16. a.
Luc. 24. a.

nica. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adiuice. Non secundamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit. Ut scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi: et in uestem meam miserunt sortem. Et milites quodammodo hec fecerunt. Stabat autem iuxta crucem Iesu Mater eius: et soror maris eius Maria Cleophae et Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus misericordem et discipulum statim quem diligebat dicit matre suo mulier ecce filius tuus. Heinde dicit discipulo Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciens Iesus quod oia consummata sunt: ut consummaret scriptura dicit. Vtio. Nas autem erat positum acetum plenum. Illi ergo spongiis plenariis acetum yspopo circumponentes obtulerunt ore eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit. Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Iudei ergo qui pasceuerentur ut non remanerentur in cruce corpora sabbato. Erat enim magnus dies ille sabbati rogauerunt pilatum ut frangerent eorum crura et tollerent. Venerunt ergo milites. et per misericordiam qdque fregerunt crura et alterius quod crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent ut viderent eum iam mortuum non fregerunt eius crura: sed unius militum laccata latus eius aperuit. et continuo exiuit sanguis et aqua. Et quod vidit testimoniū prohibuit et verum est testimoniū eius. Et ille scit quod vera dicit ut et vos credatis. Facta sunt enim hec ut scriptura implete. Non vero cōminicatis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quod transfixerunt. Post hec autem rogauit pilatum ioseph ab arimathea eo quod esset discipulus Iesu occultus autem propter metum iudeorum ut tolleret corpus Iesu. Et permisit pilatus. Venit ergo et tulit corpus Iesu. Venit autem et Nicodemus quod venerat ad Iesum nocte per misericordiam mixturā mirrhe et aloes quod libras centum. Accepérunt autem corpus Iesu et ligauerunt eum lintheis cum aromatibus. sicut mos est inde se velire. Erat autem in loco ubi crucifixus est hortus horum et in horto monumentum nouum in quo nondum quisquam posuit erat. Ibi ergo postea iudeorum qui iuxter erat monumentum posuerunt illum.

Et aucta sabbati maria magdalene venit mane cum ad huc tenebras essent ad monumentum. et vidit lapidem sublatum a monumento. Currit ergo et venit ad simonem petrum et ad alium discipulum quem amabat Iesus. et dicit illis. Eleruunt dominum de monumento: et nescio ubi posuerunt eum. Exiit ergo petrus et ille alius discipulus: et venerunt ad monumentum. Currebat autem duo similiter et ille alius discipulus percurrit citius petrum: et venit permissus ad monumen-

tum. Et cum se inclinasset vidit positam litigaminam: non tamen introiuit. Venit ergo Simon petrus sequens eum. et introiuit in monumentum. Et vidit lintheam inpositam et sudarium quod fuerat super caput eius non cum lintheam inibus positum. sed separatum iuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit et ille discipulus quod venerat permissus ad monumentum. et vidit et credidit. Non dum enim sciebat scripturam quod oportuit eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. Maria autem stebat ad monumentum foris ploras. Num ergo fecerit inclinavit se et prospexit in monumentum.

Et vidit duos angelos in albis sedentes: Ann. 1. b.

vnum ad caput. et vnum ad pedes: ubi positum erat corpus Iesu. Hic enim ei illi. Multus quid ploras. Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum et nescio ubi posuerunt eum. Nec cum dixisset conuersa est retrosum. et vidit Iesum stante et non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus. Multus quid ploras. Quem queris? Illa existimans quia hortulanus esset dicit ei. Domine si tu sustulisti eum dicito mihi ubi posuisti eum: et ego eum tollam. Dicit ei Iesus Maria. Convicta illa dicit ei. Rabboni: quod dicitur magister. Dicit ei Iesus. Noli metare. Non dum enim ascendi ad patrem meum. Ade autem ad fratres meos: et dic eis. Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum: deus meus et deus vestrus. Venit maria magdalene annuncians discipulis quod vidi dominum. et hec dixit mihi. Num ergo sero esset die illo Luc. 14. f. una sabbatorum et fores essent clausae ubi erat discipuli congregati propter metum iudeorum: venit Iesus et stetit in medio. et dixit eis. Pax vobis. Et cum hec dixisset ostendit eis manus et latus. Huius sunt ergo discipuli visus domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater et ego mitto vos. Hec cum dixisset insufflauit et dicit eis. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata regnunt eis. et quorum retinueritis retenta sunt. Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur didymus non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Cuidam dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibz eis fixaram clavoz et mittram digitum meum in locum clavorum. et mitam manum meam in latu eis non credam. Et post dies octo iterum erat discipuli eius intus et Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clavis. et stetit in medio. et dixit eis. Pax vobis. Heinde dicit. Thomas infer digitum tuum huc: et vide manum meas et affe manum tuam et mitte in latus meum: et noli esse incredulus sed fidelis. Unde dicit Thomas et dixit. Dominus meus et deus meus

B

D

E

F

G

Mat. 16. e.
et. 18. b.

Vera autem sabbati maria magdalene venit mane cum ad huc tenebras essent ad monumentum. et vidit lapidem sublatum a monumento. Currit ergo et venit ad simonem petrum et ad alium discipulum quem amabat Iesus. et dicit illis. Eleruunt dominum de monumento: et nescio ubi posuerunt eum. Exiit ergo petrus et ille alius discipulus: et venerunt ad monumentum. Currebat autem duo similiter et ille alius discipulus percurrit citius petrum: et venit permissus ad monumen-

Prolog' i Epistolas pauli

5

Dicit ei iesus. Quia vidisti me thoma cre
didisti: beati qui non viderunt et crediderunt
Ostia quidem et alia signa fecit ih̄s in aspectu
discipulorum suorum quod non sunt scripta in libro h̄
Hec autem scripta sunt ut creditis quod ih̄s est fi-
lius dei: et ut credentes vitam habeatis in noīc eō

B **O**stea manifestauit se iterū XXI

Piescus ad mare tyberiadis. Banis
stauit autem sic Erant si simon petrus
et thomas quod dicis didymus et nathanael qui
erat a chana galilee et filius zebedei et alijs ex di-
scipulis eius duo. Dicit eis simon petrus. Ila-
do piscari. Dicunt ei. Venimus et nos tecum
Et exierunt et ascenderunt in nauim: et illa no-
ctenbilis prendiderunt. Hanc autem iam facto
stetit iesus in litora: non tamen cognoverunt discipu-
li quod iesus est. Dicit ergo eis iesus. Nuerit: nun-
quid pulmentarium habetis? Runderunt ei No
Dicit eis. Mitite in dexterā nauigii rete: et
inuenietis. Misserunt ergo: et iam non valebat il-
lud trahere per multitudinem piscium. Dicit ergo di-
cipulus ille quem diligebat ih̄s petro. Domine
Simon petrus cujus audisset quod dominus est: tunica
succinxit se. Erat enim nudus: et misit se in ma-
re. Alij autem discipuli nauigio venerunt. Non
enī longe erat a terra: sed quasi cubitis ducētis
trahētis rete piscium. Et ergo descendērunt in
terrā: viderunt prunas positas et piscē suppo-
situm: et panem. Dicite eis ih̄s. Afferite de pisci-
bus quos prendidistis nunc. Ascēdit simō pe-
trus et traxit rete in terrā plenū magis pi-
scibus centū et quagintatris. Et cū tan-
ti essent non est scissum rete. Dicit eis Jesus.
Venite prædete. Et nemo audebat discū-
bentium interrogare eum tu quis es: sciētes quod dñs
est. Et venit ih̄s et accepit panem et dabat eis
et piscē sicut. Hoc iam tertio manifestatus est
ih̄s discipulū suis cui surrexisse a mortuis. Cū
grandissent dixit Simon petro iesus. Si
mon ioh̄bis diligis me plus his. Dic ei. Etiam
dñe: tu scis quod amo te. Dic ei. Pasce agnos-
meos. Dicit ei iterū. Simon ioh̄annis dilige-
sis me. Ait illi. Euā dñe tu scis quia amo te.
Dicte ei iterū. Pasce agnos meos. Dicit ei
tertio. Simon ioh̄bis amas me. Cōtristatus
est petrus: quod dixit ei tertio amas me: et dicit
ei. Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te.
Dicit ei. Pasce oves meas. Amen amen di-
co tibi cum esses iunior: cingebas te et ambu-
labas ubi volebas. Cū autem senueris: exten-
des manus tuas: et alijs te cinget et duceret
quod non vis. Hoc autem dixit significans qua
morte clarificaturus esset deū. Et cum h̄ dixisset
dicte ei. Sequere me. Quōversus Petrus
vidit illum discipulū quem diligebat i-
esus sequente: quod et recubuit in cena super pecto

eius: et dixit. Domine quis est qui tradet te? Huc
ergo cū vidisset petrus: dicit iusu. Domine:
hic autem quid? Dicte ei iesus. Sic cū volo ma-
nere donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere. Exi ergo h̄mo iste inter fratres: quia dis-
cipulus ille non morit. Et non dixit ei iesus.
non morit: sed sic eum volo manere donec
veniam: quid ad te? Hic est discipulus ille qui
testimonium prohibet de his: et scripsit hec. Et
scimus quod verū est testimonium eius. Sunt au-
tem et alia multa quod fecit iesus quod scribantur per
singula: nec ipsum arbitror mundū capere posse
eos qui scribendi sunt libros.

Explicit euangelium secundum Iohannē. In-
cipit prefatio sancti hieronymi in omnes epistles
sancti Pauli.

Primum queritur. quod post euangeliū
que supplementum legis
sunt et in quibus nobis exempla
et precepta vivendi plenissime di-
gesta sunt: voluerit apostolus
has epistles ad singulas ecclias destinare?
Hac autem causa factū videbit: ut scilicet initia na-
scientis ecclesie nouis causis existentibus pue-
nirent: et ut presentia atque orientia resecaret vi-
ta et pest futuras excluderent questioēs: ex-
emplo prophetarū qui post editā legē moy-
si in qua omnia dei mandata legebantur nihil
ominus tamē doctrina sua rediuiua semp
populi cōp̄ressere peccata: et propter exemplū
vivendi libros ad nostrā etiā memoriam irā-
miserunt. Deinde queritur. Cur non amplius
quod decem epistles ad ecclias scriperit. De-
cem sunt cū cum ea quod dicis ad hebreos. Hā
reliquae quoq; ad discipulos specialiter sunt
porrecte. Ut ostenderet nouū non discrepa-
re a veteri testamento: et se cōtra legē non fa-
cere moysi ad numerū p̄mōrum de calogi mā-
datorum suas epistles destinavit: et quod ille
preceptis a pharaone instituit liberatos: totū
dem hīc epistolā a diaboli et idolatrie seruitu-
te edocet acquisitos. Nam et duas tabulas
lapideas duorum testamentoꝝ figurā habuisse
viri eruditissimi tradiderunt. Epistola sa-
ne que ad hebreos scribitur quidam pauli nō
esse cōtendunt: eo quod non sit eius nomine titula-
ta: et propter sermonis stiliq; distantiaz: sed
aut barnabe iuxta tertullianuz: aut luce iux-
quodam: vel certe clemētis discipuli aplo-
rum et episcopi romane ecclie post aplos or-
dinati. Quibus respondenduz est: si propter
ea paulinō erit: quod eius nō habet nomen er-
go nec alicuius erit: quod nullius nomine titula-
tur. Quod si inconveniens absurdumq; est: ipsi-
us magis esse credenda est quod tanto doctrine
sue fulget eloquio. Sed quod apud hebreos

Luce. 5. a.

L

Luce. 24. f.

E

S.

I. 13. e.